



COGNITO NOMINE,  
*necesse est quid rei investigare; propterea  
 descriptio, vel potius diffinitio eli-  
 cienda est.*

## CAP. II.

**V**IPERA est venenatus serpens,  
 pollicis crassitudine, quandoq;  
 duobus oblonga cubitis, plus  
 aut minus, varij coloris, pla-  
 no latoq; capite, incedens recta cervice, reli-  
 quo corpore irrepens, saltuatim in animantes  
 irruit. Formarum uno generi proximo ad-  
 juncta differentia erit optima diffinitio. Est  
 igitur Vipera venenatus serpens, quæ animal  
 intus parit, & excludit. Cui diffinitioni, &  
 descriptioni examussim respondere debet dif-  
 finitum, & descriptum; quòd serpat, & vene-  
 nofa sit, longa ad summum trium cubitorum,  
 velut in Asia esse testatur Nicander. Hæc tor-  
 uo aspectu, saltuatim irrepat in animantem,  
 & hæc est Marassus Italiae vulgaris. Hæc enim  
 animal inter serpentina emittit ex mollioribus  
 ovis unius coloris. Cartilaginei inter pisces  
 soli intus ova parturiunt, deinde animal pa-  
 riunt, & dracones inter aves. Ova perfecta

B

sint